



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. Quæ causa salutis aut damnationis profertur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

§. 1. Caluas ut metum iudicii demeret & carnis
fletum augeret, eos omnes inter Christi allectores
omnes constituit, & non ad reddendam rationem,
sed iudicandum alios informat. 1.2. instit. c. 16. §. 18.
Nemini enim suorum iudicandum affirmat. [Hinc
exegit exortur, inquit, consolatio, quod penes eum
iudicandum esse, qui nos sibi, in iudicando ho-
minis consorte iam destinavit, tantum abest, ut in co-
dem rationem nostram tribunal sit conscensurus.]
Quid vero inde colligendum sit, quamvis nimium
omnes norint, non ipse tamen dissimulat. [Non mo-
do certe est securitas, quod non ad aliud tribunal si-
nemur, quia redemptoris nostri, a quo salus sit expe-
ctanda. Ergo hunc in finem Pater filium honoravit,
omnia ei iudicium illi deferendo, ut ita conscientis suo-
rum terrore iudicii trepidis consulerit.]

§. 2. Iudicabunt cum Christo electi, verum non est sa-
tis, ut se quisque electum opinetur, & cum sic peccator,
iudicandi sibi partes arroget. Sunt eorum qui vere cre-
dunt, ut ipsi fatentur horrendi saepe & multiplices la-
psum de illis etiam iudicium instituetur, quamvis si-
mulatione superbissimi contumaces, clament sibi
non imputari, quicquid demum peccauerint, imo se
aliter iudices fore minentur. Tantum mali, pra-
ter scriptum patere potuit, ut quavis in peccatis se esse vi-
deant, tamen rationes se ab aliis, neminem a se exactum
esse imaginentur. Haec enim ex illa fiducia orta
sunt Calvini dogmata. Indubitata divina volunta-
tis notitiam posse sibi suos arrogare. 1.3. instit. c. 2. §. 38.
& §. 39. scire se iustos esse, & in iustitia perseveraturos,
tamen tamen in deget Scriptura. Pro. 20. 9. Quis potest
dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato?
Et 1. Corinth. 10. 12. Qui se videt, ne cadat.

§. 3. Audiamus vero mirum in modum augere, 1.4. instit.
§. 1. 7. §. 1. Nobis securi respondemus, vitam eternam
iudicandi esse, cuius Christus est haeres, nec regnum coe-
lestium, in quo iam ingressus est, posse nobis magis exci-
dere, quam ipsi. Rursum peccatis nostris non posse
magis damnari, quam ipsum. Qua quidem in re
quidam interrogant se, eum iudicem exaquet, res ipsa lo-
quitur, cum omnis Scriptura illam securitatem daret,
& ipsi quia theum sit, profiteri peccatis nostris dana-
rinos non possent. Imo se Christo praefert, quem fingit
vixisse, nosse salutis oblitum, de quo dicam c. 26.
Ernotandum Calvinum de se loqui, se enim credit
etiam, de se solo certus est, de aliis ambigit, electi
autem reprobi sunt.

§. 4. Quod si etiam veram Christi praesentiam &
de coelo descensum credimus, barbara quorundam Lu-
theranorum ubiquitas repudianda est, si enim huma-
nitas Christi deificata, immensa, omnipotens est, non
descendit, non ascendit, ne cognoscitur quidem: non
minus ergo mysterium vltimū, quo omnia finiuntur,
quam natiuitatis, resurrectionis, ascensionis ubique
fuerit tollit. Eadem est enim omnium mysteriorum ratio.

VERSUS 32. Et congregabuntur ante eum omnes
gentes, & separabit eos ab inui-
cem, sicut pastor segregat oves ab
hædis.

QUESTIO I.

Quam congregandi sunt?

§. 1. Sicut ante dixit, omnes Angelos adfuturos, ita
nunc omnes gentes congregandas pronunciat.
Nemo igitur deerit, ab homine primo usque ad vlti-
mum. Omnis inquam creatura rationalis tanquam
Adami Conz. in Euang. Tom. 1.

in supremo, & generalissimo actu iustitiae compare-
bit. Omnes Angeli, boni, mali, homines iusti, iniusti,
fideles, infideles, etiam paruuli, tam illi quos mors in
peccato originali oppressit, quam illi qui gratia Dei
per sacramenta sunt iustificati. Nec aderunt modò,
sed omnes omnium causam mira Dei virtute cognos-
cent, datamque de se aliisque omnibus Dei senten-
tiam approbabit.

Cum enim ea causa iudicium instituitur, ut Dei
iustitia, patientia, misericordia, erga cunctos singulis
patet, nemo ex omnibus erit, qui non conscientia
sua convictus certissime iudicet, in singulorum im-
piorum damnatione Dei sententiam esse iustam, non
modo quod damnet, sed etiam in poenarum culpis
respondentium, & quissima proportionem: quam co-
gnoscere non possunt, nisi omnium factorum, dicto-
rum, cogitatorum perspiciant genera, & varietatem.
Congregabuntur in vallem Iosaphat. Joel. 3. 2. Zachar.
14. 4. Facile enim omnes vallis illa, & vicina loca ca-
pient. Sancti enim obviam Christo in aera rapien-
tur, impii in cumulum congregabuntur mox arsiuri.

§. 2. Angeli aderunt testes ministeriorum suo-
rum, & vice cuiuslibet antea acta, iudices etiam erunt,
sed tamen & ipsi iudicandi, ut Richar. art. 1. q. 6. Bo-
navent. in 4. dist. 47. art. 1. q. 4. ceterique, etiam enim
initio mundi est eorum iudicium peractum, hoc ta-
men priuatum fuit, inter Angelos solos, nunc publi-
ce omnes iudicabuntur, & quidem etiam ab homini-
bus, 1. Corinth. 6. Nescitis quia Angelos iudicabimus. Ma-
los quidem iudicandos docet Petrus Epist. 2. c. 2. Sic
& Clemens. Rom. 1. 7. constit. c. 33. Laet. 1. 7. c. 26.

Quod si damnantur ab hominibus mali, non est
dubium etiam bonis suo modo decerni premia, seu
iam decreta comprobant. Pari modo etiam sancti, qui
iudicandi sunt, testes erunt, & suo modo iudices. Se-
parabit autem hædos ab ovibus. יְהוָה יְהוָה chad men
chad. Vnum ab vno. Ita Syrus loquitur.

VERSUS 34. & sequentes.

Tunc dicet rex his qui a dextris e-
ius erunt. Venite benedicti Patris
mei, possidete paratum vobis re-
gnum a constitutione mundi; esu-
rui enim, & dedistis mihi man-
ducare, sitivi, &c.

QUESTIO I.

Qua causa salutis, aut damnationis
proferitur?

§. 1. Benedictos patris sui vocat; בְּרָכָה לְיוֹשֵׁעַ, ut Electio sit
Originem felicitatis ostendat, Dei nempe beatitudi-
nis. in eos amorem gratuitum a mundi enim constitutio-
ne paratum illis est praedestinatione patris. Quocir-
ca etiam dicit; possidete. יְהוָה יְהוָה, tanquam pater-
nam hereditatem adite. Deinde cur donet, expo-
nit, bona eorum opera. Esurii enim & dedistis mihi man-
ducare, &c.

§. 2. Quantumcunque locum istum deprauent Bona opera
Sectarii, non tamen efficiunt, ne sibi contradicant, causa sa-
vel bonis operibus non dari persuadeant. luti.
Nimis enim clare & diserte profiteretur iudex, ideo
se his regnum dare, quia eorum sit beneficentiam ex-
pertus; illis negare, quia sibi egenti non adfuerint.
Nec aliter ipsi qui iudicantur, sententiam intelligunt.
Nam quibus regnum confertur, de causa quarunt,
quando se vidimus esurientes, &c. Idcirco enim se saluari
intelligunt. Qui vero damnantur excusationem præ-
Rr 3 texunt;

rexunt; non enim se vidisse esurientem, &c. & non ministrasse. Non igitur causam damnationis, quam iudex pronunciat, veram agnoscent: quamvis eam adferri tanquam causam damnationis intelligunt. Confirmat causam expositione. *Quandiu vntex minimis fecistis*, inquit, *mibi fecistis*.

Calvinus sic eludere iudicis sententiam conatur. » Si hic disputatio esset de salutis nostrae causa, non » male colligerent Papistae, nos bonis operibus vitam » aeternam mereri: sed cum nihil aliud propositum sit » Christo, quam suos ad bene recteque agendi studium » hortari, perperam ex eius verbis elicitur, quid valeant » operum merita.]

Agitur de
causa Sa-
lutaris &
damnatio-
nis.

Atqui vero tota disceptatio est de operum meritis, & causa salutis. Omisio bonorum operum est causa damnationis, quod nemo negat, ne Calvinus quidem. De causa igitur damnationis agitur. Deinde bona opera sunt causa salutis. *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare*, quia quod minimo fecistis, mihi fecistis. Si ducatum imperator alicui conferret, quod se bello pressum, captum, egentem auxilio fouisset. Atque hoc elogio donaret: *Veni, posside provinciam à Deo tibi paratam*, quia rebus meis adversis fidem & charitatem praestitisti; nemo dubitaret donationis causam esse, eam quam olim exhibuit fidelitatem. *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare*. Causa igitur vera redditur, vti in posteriori, ita & priori sententia. Hinc 2. Cor. 4. dicitur quod est leue, immensum aeternae gloriae pondus operari.

At quo tandem argumento probat, non agi de causa salutis? [Sed quum nihil aliud propositum sit Christo, quam suos ad bene recteque agendi studium adhortari, perperam ex eius verbis elicitur, quid valeant operum merita.]

Nihil minus rationi consentaneum est, quam illa argutia. Christus hortatur ad bene recteque agendum. Non ergo sunt illa operum merita. Hortationi non repugnant merita, sed eam faciunt efficaciorum. Itaque Christus hortatur ad excuriendam ignaviam, charitatem exercendam, fovendos pauperes: & grave, solidumque argumentum continet adhortatio. Iudex enim dicit illis qui ista fecerunt: *Possidete regnum: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare*. Contrarium igitur hinc conficitur; nempe hortari nos ad opera sancta Dominum, propositum eorum praemio, quod est redditurus. Non enim inania, & infœcunda futura sunt, sed salutem operantur; semina sunt, Galat. 6. vnde Messis illa die colligitur. Causa igitur salutis indicatur.

Causam veram Augustinus interpretatur contra aduersarios & Prophetarum. cap. 16. *Vbi venturum se Dominus, & ad sinistram positus gentibus minatur esse dicturum*, *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius*; huius tanti supplicij queris causam, *esuriui*, inquit, & non dedistis mihi manducare. Ecce pro esca temporali, non ablata, sed non data, aeternum & horrendum supplicium comminatur. Et recte, si consulas veritatem. Perparum est enim quod in Eleemosynis: sed cum pie datur, aeternum inde meritum comparatur. Et ideo potius, quia paratum est, quod datur, magna impietate non datur.

Hæc quidem ex diametro scitis Calvinianis repugnant, quemadmodum Caluino Augustinus. Quod si vere proprieque causam salutis & damnationis exponere Deus veller, praesertim habita ratione circumstantiarum, aliis verbis nullis opus foret. Quod si Caluino credimus, reprobi non damnantur, quia ista egerunt, sed quia Iudex eos noluit saluari.

Causam Augustinus, non consequentia esse docet. Itaque & Augustinus Papistarum conuitio hic exagitur. Hinc Hieron. l. 2. contra Iovin. *Sine causa* (in cælo) *diuersitas nominum est, si non est diuersitas meritorum*. Et in cap. 46. Ezechielis. & in 4. Malach. *Iusta meritum in futuro erit retributio*. & in cap. 1. Isa. *Liberum*

Diuerfitas
meritorum.

seruat arbitrium, vti in utramque partem, non ex praedictio Dei, sed ex meritis singulorum, vel potius, vel praemium. Et l. in cap. 1. Lament. *Deum iustum esse, & iustitiam reddere praemium*. Et in cap. 11. Eccles. *Eleemosyna* fœnus explicat & mercedem.

S. 3. Pergit Calvinus: [Quod in causali participatione insistent, infirmum est. Scimus enim non causam semper, sed consequentiam potius notari, cum vitam aeternam iustis promittitur. Denique aliam solutionem adfert, mercedem dari, sed gratuitam: quæ sit ex adoptione. Addit, Vocari fideles ad possessionem regni cælestis; non quia illud promeriti sint operum iustitia, vel quod eius acquirendi sibi fuerint auctores. Sed quia Deus iustificat, quos elegit.]

Nos vero in particula causali merito insistentia. Quia opera sunt causa regni, & alia opera causa conuersionis; Ideo causalem Dominus verbo suo Sacro praesentat, quam nobis tollere religio est. Nec consequentiam tantum, sed rationem dat. Nec obstat cælestis regni possessionem adire ex adoptione; plura enim causæ sunt, nec hic causarum concursus negare potest, qui eodem loco concedere debet. Nam damnationem impiorum Calvinus ex Dei voluntate ad cruciatum prædestinantis primam originem habere contendit, & tamen eos suis factis meriti idem pronunciat. Si igitur duæ damnationis causas esse possunt, Dei voluntas, & peccata hominum, nec cur non duæ etiam possunt esse salutis, Dei electio, & opera bona? Merces igitur datur vita aeterna merces operum, ex Dei gratia, & Spiritu Sancto, factorum, non quorum nos sumus auctores, sed cooperatores. Operum inquam non solius fidei præmia promittit Augustinus egregie iam olim hæreses illas confutauit. l. de 80. quaest. 1. *Illud quoque non video, cur Dominus dixerit: Si vult venire ad vitam, serua Mandata, & commemoraui ea, quæ ad bonos mores pertinent, si etiam huiusmodi ad vitam venire potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo verum erit, quod ei, quos ad sinistram positus est, dicit, Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius: quos non increpabit, quia in eum non crediderunt: Sed quia bona Opera non fecerunt. Nam profecto, ne sibi quisquam deside, quæ sine operibus mortua est, vitam promittat aeternam, propterea omnes gentes segregatum se dixit, quæ permixta eisdem passus videbantur, ut appareat eos illi dicturos: Domine quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministravimus tibi, qui in eum crediderant, sed bona opera non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua ad vitam perueniret aeternam. En ipsi ibunt in ignem aeternum, qui opera misericordie non fecerunt, & non ibunt qui aliena rapuerunt, vel corrumperendo in se templum Dei, in se ipsos immisericos fuerunt, quasi opera misericordie profint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, si distribuam omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: aut diligat quisquam proximum sicut seipsum, qui non diligit, supponit qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Neque illud dici hic poterit, in quo nonnulli se ipsos seducunt, dicentes ignem aeternum dictum, non ipsam penam aeternam: per ignem quippe, qui aeternus erit, transiunt arbitratum eis, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem; ut videlicet ipse ignis aeternus sit, combustio vero eorum, hoc est operatio ignis, non fit in eis aeterna: cum & hoc praedicens Dominus sententiam suam ita concluderet, dicens: Si ibunt illi in combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam. Erit ergo aeterna combustio sicut ignis, & eos in illam ituros veritas dicit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit.*

Iustinus martyr homines suis operibus regnum cælorum adipisci protestatur in Apologia 2. ad Antoninum. *ὁ ἐὰν ἀξίως τοῦ ἐκείνης βουλόμενα πεισθῇς ἐκείνης δειξέτω, τῆς μὲν αὐτῆς ἀνάγκης καὶ ταπεινότητος*

